

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

116322

BULLA BENEDYKTA XIV.

ROKU MDCCXLVIII.

NO

PRYMASA, ARCYBISKUPOW I BISKUPOW POLSKICH.

AD POLONIÆ REGNI PRIMATEM, ARCHIEPISCOPOS, ET
EPISCOPOS, DE CONCESSIONE ET EXECUTIONE DISPEN-
SATIONUM APOSTOLICARUM SUPER IMPEDIMENTIS MA-
TRIMONII, BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Magnæ nobis admirationis, nec minoris doloris causa fuit, quod ex fidei dignorum relatione, certisque gravium virorum literis accepimus, falsam quamdam in isto Poloniæ regno opinionem et famam invaluisse, quod scilicet ab hac Apostolica Sede, cui Nos, licet immeriti, divina ordinatione præsidemus, aliquæ dispensationes matrimoniales concessæ, et missæ fuerint, et hactenus concedi, et mitti soleant, quibus sublata sint impedimenta canonica, matrimonio legitime aut valide ineundo, obsistentia, licet contrahentium alter, vel etiam uterque, hæreticam sectam aperte profiteatur. Quod quum nonnisi per injuriam, et intolerabilem calumniam excogitatum sit atque disseminatum, Apostolici ministerii nostri officio deesse nos arbitraremur, nisi vobis, venerabiles fratres, atque omnibus, ad quos hæc literæ

nostræ perventuræ sunt, testatum ac manifestum redderemus, quæ sit in hoc rerum genere perpetua Apostolicæ hujus Sedis agendi regula et constans consuetudo, simulque vos omnes, et singulos, per istud Poloniæ regnum, sua semper fide et religione commendatum, et ordinarios præsules constitutos, enixe admoneremus, et per misericordiam Dei obsecrarem, ut literas dispensationum matrimonialium, quæ ipsius regni incolis ab hac Sede et curia mittuntur, et ipsi attente legatis atque expendatis, et a vestris quoque vicariis et officialibus accuratissime considerari jubeatis. Nos enim pro certo habemus, idque mox planum facturi sumus, si quid usquam in hac parte peccatum est, non id factum esse Apostolicæ Sedis, ejusque officialium culpa; verum aut ordinariis locorum, aut eorum ministris, qui transmissas dispensationum literas nec legere, nec satis pensare curarunt, omnino tribuendum esse.

Neque vero necesse habemus ea omnia in medium proferre, quibus luculenter demonstrari posset antiquitas ejus disciplinæ, quâ semper Apostolica Sedes catholicorum cum hæreticis conjugia reprobavit. Sed aliqua duntaxat asserere sat erit, quibus ostendamus, eandem disciplinam ac regulam ad nostra usque tempora constanter servatam, apud Nos et Apostolicam Sedem non minus integram, vigere et religiose custodiri. Hoc est quod de se ipso, suisque temporibus, testatus est felicitis recordationis prædecessor noster Urbanus papa VIII in suis literis apostolicis datis die 30 mens. decembris anni 1624 quæ leguntur apud cardinalem Albitium, in libro cui titulus: *De inconstantia in fide* c. 37, n. 127. ubi ita scribit: *Licet probe teneamus catholicorum cum hæreticis matrimonia omnino fugienda esse, et quantum in nobis est, a catholica ecclesia procul arcere intendamus.* Nec minus aperte sententiam suam declaravit piæ memoriæ

prædecessor pariter noster Clemens papa XI in literis die 25 junii anno 1706 datis, et editis in collectione ipsius Bre-
vium et epistolarum Romæ vulgata, anno 1726 ubi p. 32
sic legitur: *Majoris momenti esse existimamus, Ecclesiæ Dei, Apostolicæ Sedis, prædecessorum nostrorum, et sacrorum, a catholicorum cum hæreticis conjugio abhorrentium, regulas, nisi id totius Christianæ Reipublicæ bonum exposcat, non transgredi*; et in aliis literis datis die 23 junii anni 1707, in eadem collectione relatis p. 391. *Ecclesia siquidem ab hujusmodi conjugiiis, quæ plurimum deformitatis, nec parum spiritualis periculi præseferunt, abhorret.*

Sed et nostrum hac de re judicium satis patere arbitramur ex decretali rescripto, auctoritate nostra edito, die 4 novemb. anni 1741 et impresso tomo 1. Bullarii nostri n. 34. §. 3. cujus verba sunt, quæ sequuntur: *dolens imprimis quam maxime Sanctitas Sua, eos esse inter catholicos, qui insano amore turpiter dementati, ab hisce delestabilibus connubiis, quæ sancta mater ecclesia perpetue damnavit, atque interdixit, ex animo non abhorrent, et prorsus sibi abstinendum non ducunt; laudensque magnopere zelum illorum antistitum, qui severioribus propositis spiritualibus pænis, catholicos coercere student, ne sacrilego hoc vinculo se hæreticis jungant; episcopos omnes et vicarios apostolicos, parochos, missionarios, et alios quoscunque Dei et ecclesiæ fideles ministro in iis partibus, Hollandiæ videlicet et Belgii degentes, serio, graviterque hortatur et monet, ut catholicos utriusque sexus ab hujusmodi nuptiis in propriarum animarum perniciem adeundis, quantum possint, absterreant, easdemque nuptias omni meliori modo intervertere, atque efficaciter impediri satagent; et quæ paulo post subjecta sunt, ubi de jam contracto, catholicæ partis cum altera hæretica, connubio hæc habentur: *Id vero debere sibi potissime in**

animum inducere, conjugem catholicum, sive virum, sive feminam, ut pro gravissimo scelere, quod admisit, penitentiam agat, ac veniam a Deo precetur, coneturque pro viribus alterum conjugem a vera fide aberrantem, ad gremium catholicæ ecclesiæ pertrahere, ejusque animam lucrari; quod porro ad veniam de patrato crimine impetrandam opportunissimum foret, sciens de cætero, ut mox dictum est, se istius matrimonii vinculo perpetuo ligatum iri.

His autem, veluti fundamentalibus Apostolicæ Sedis regulis, ejusdem agendi ratio constanti usu recepta, apprimè respondet. Nam quoties ipsam adire contingit, sive pro obtinenda simplici facultate contrahendi matrimonium inter personas, quarum altera hæresim profitetur, sive præterea pro obtinenda simul dispensatione super aliquo gradu, aliove canonico impedimento, quod inter contrahentes intercedat, neque licentia, neque dispensatio conceditur, nisi hac expressa lege, seu conditione adjecta, nimirum: *abjurata prius hæresi*. Quin etiam recolendæ memoriæ prædecessor noster Innocentius papa X. ulterius progrediens, jussit et cavit, ne dispensationes hujusmodi omnino concederentur, nisi per authentica documenta prius doctum esset, hæreticam labem a contrahente heterodoxo ejuratam fuisse; quod testatum reliquit laudatus cardinalis Albitius, congregationis universalis inquisitionis tunc temporis assessor, in supra citato tractatu *De inconstantia in fide*. cap. 18. num. 44. Præfatus vero prædecessor Clemens XI. in congregatione sancti officii, coram se habita, die 16 junii, anni 1710. mandavit, inhiberi per literas archiepiscopo Mechliniensi, ne ullas omnino licentias, aut dispensationes impertiretur pro matrimoniis inter contrahentem catholicum et alterum hæreticum celebrandis, nisi abjuratio hæresis re ipsa præcessisset; Theologos autem, qui contra hujusmodi praxim

opinati fuerant, accriter admonendos decrevit, quemadmodum memoriæ prodidit, bonæ memoriæ Vincentius hujus S. Rom. Ecclesiæ cardinalis, Petra nuncupatus, in suo Commentario ad constitutionem. XII. Joannis XXII. ipsius operis. Tom. 4. pag. 76. n. 14.

Quod si nonnulla inveniantur exempla Romanorum pontificum, qui aut licentiam contrahendi matrimonium, aut etiam dispensationem super impedimento aliquo concesserunt, non adjecta conditione de abjuranda prius hæresi, rarissimas primum omnium dicimus hujusmodi concessionem fuisse, et quidem plerasque earum pro matrimoniis inter supremos principes contrahendis, nec nisi gravissima urgente causa, eaque ad publicum bonum pertinente, factas fuisse; insuper adjectas semper fuisse opportunas cautelas, tum ne conjux catholicus ab hæretico perverti posset, quin potius ille teneri se sciret ad hunc pro viribus ab errore retrahendum; tum etiam, ut proles utriusque sexus ex eo matrimonio procreanda, in catholicæ religionis sanctitate omnino educaretur. Deinde verò facile est agnoscere, in istiusmodi concessionum genere, nullum errandi locum executoribus suppetere, nisi ipsi aliqua in re scienter, et data opera, officio deesse velint. Denique ex hactenus dictis aperte constat, in omnibus casibus, quibus facultates, aut dispensationes ab Apostolica Sede petantur pro matrimoniis a catholico viro, aut muliere, cum hæretica fæmina, aut viro contrahendis, eandem apostolicam sedem, ut supra diximus, hujusmodi matrimonia, nisi hæresis abjuratio præcedat, et semper improbasse ac damnasse, et nunc quoque abominari ac detestari.

Quoties vero dispensationes ex aliqua probabili causa petuntur pro matrimoniis, quæ quidem inter hæreticos sunt contrahenda, sed id nequaquam in precibus palam exponi-

tur, quum nequeant Apostolicæ Sedis ministri, atque officiales hoc divinando rescire, ad obstruenda obloquentium et calumniantium ora, hoc innuisse sufficeret: quod nulla conceditur dispensatio, quæ alicui certo executori directa non sit, cui nimirum in mandatis datur, ut de omnium expositorum veritate cognoscat, et dispensationem ipsam, servatis servandis, effectum sortiri faciat. Cumque huic ignorare non liceat, matrimonia catholicorum cum hæreticis ab apostolica sede improbari et damnari, facile vero cognoscere valeat, hæresis vitium, quo contrahentium alter inficitur, et de quo nulla habetur mentio in literis dispensationis, eidem Apostolicæ Sedi occultatum fuisse, ad ejus officium pertinet hujusmodi literarum executionem suspendere, ejusque suspensionis causam Romano Pontifici, ejusve officialibus, ea, qua decet, reverentia, per literas aperire. Quemadmodum prædecessor quondam noster, Alexander papa III, Ravennæ archiepiscopo faciendum præscripsit in suis literis, quæ ad perpetuum vigorem in Decretalium codicem relatæ sunt. *Cap. Si quando de Rescriptis*; ubi sic legitur: *Qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possit, rationabilem causam prætendas; quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.*

Verum non hic sistit Apostolicæ Sedis, ejusque officialium circumscriptio. Si enim dispensatio, quæ pro removendo alicujus matrimonii canonico impedimento ex aliqua rationabili causa petitur, ad ejusmodi regiones pertinere dignoscatur, in quibus Catholici cum hæreticis mixti habitant, nec aliunde certo constet utrumque postulanti, seu eorum alterum Catholicæ religionis professorem existere, præfati officiales Pontificis mentem probe callentes, postu-

lantem utrumque Catholicum esse semper præsumunt, ideoque eorum preces in Libello (*Supplicationem* appellant) Pontificis manum obsignando his verbis exponunt: *Cupiunt oratores præfati, qui orthodoxæ fidei cultores vere existunt, et sub obedientia S. R. E. vivunt, vivereque et mori intendunt. etc.* quibus consonant alia verba, quæ in parte conditionali ad maiorem cautelam apponuntur, nimirum: *Et dummodo oratores præfati orthodoxæ fidei cultores vere existant et sub obedientia S. R. E. vivant vivereque et mori intendant.*

Quibus prænotatis, jam id jure optimo quærimus: quum literæ dispensationum matrimonialium ejusmodi verbis conceptæ, eoque tenore expeditæ fuerint, si postmodum innotescat contrahentes hæreticos esse, vel unum eorum Catholicum, alium vero hæreticum, et nihilominus dispensatio executioni mandetur, ejus erit culpa, et quisnam dispensationis in indigno profusæ, jure accusari poterit? an is, qui bona fide, et opportunis cautelis adhibitis, adjectisque legitimis conditionibus, illam concessit, an vero is, qui nulla conditionum hujusmodi ratione habita, aut nulla de contrahentibus disquisitione præmissa, dispensationem ipsam, contra concedentis voluntatem, indebitum effectum habere permisit?

At dicet aliquis non omnes dispensationum literas istius modi clausulis munitas semper expediti, quum et in ipsum Poloniæ regnum, paucis ab hinc annis, quædam dispensatio ab urbe missa fuerit, quæ nullam hujus generis appositam conditionem præseferbat. Hujus facti speciem, quam nos animo præsentem retinebimus, non abs re erit hic explanare. Dispensatio erat super ætate, favore cujusdam puellæ, quæ sex mensibus minor erat duodennio, quod est in fæminis legitimum ætatis tempus ad matrimonium ineundum. In ejus

autem concessione expositum fuit, quod *malitia ita supplebat aetatem* ut de jure matrimonium contrahere posset. Quapropter declaratoria hæc potius dicenda erat, quam dispensatio; quum facultas contrahendi matrimonium ante præscriptum ætatis tempus, quoties malitia supplet ætatem, ab ipsa legum et canonum dispositione proveniat. Quin immo Episcopi ipsi, et ordinarii locorum jure suo pronunciare possunt super ea quæstione, quæ facti est: an scilicet malitia, ut asseritur, ætatem suppleat; et consequenter, matrimonii contrahendi licentiam impertiri valeant; neque necesse est apostolicam sedem audire, nisi pro majori actus solemnitate; et *ne de contractus matrimonii hujusmodi validitate propter minorem aetatem hæsilari contingat*; ut habet formula, quæ in concipiendis literis declaratoriis super minori ætate adhiberi consuevit. Siquidem Canonistæ docent, cumlativum jus esse inter apostolicam sedem, et judices ordinarios, cognoscendi et pronunciandi de hac re, an scilicet malitia suppleat ætatem, privativum vero apostolicæ sedis jus esse concedendi dispensationem ad contrahendum matrimonium impuberi, qui per ætatem nondum conjugali copulæ maturus est, sed tamen rationis usu ita pollet, ut matrimonii contrahendi vim et naturam intelligat. Etenim ad validitatem matrimonii, quemadmodum rationis usus requiritur de naturali, et divino, ita actualis ad conjugalem copulam potentia requiritur de jure positivo canonico. Romanus autem Pontifex est supra jus canonicum, ut quilibet Episcopus eo jure inferior est, proindeque illius legibus derogare nequit.

Verum, omissa etiam quæstione hac, an licentia contrahendi matrimonium ante legitimum ætatis tempus, quando malitia supplet ætatem, dispensationis proprie dictæ, an potius declaratoriæ vim habeat, adeoque utrum gratiæ, an

justiciæ actibus accenseri debeat; videndum præterea est, an in Apotoslicis litteris super hac re concessis, quamvis ea verba, eæque conditiones minime legantur, quæ in aliis dispensationibus apponi solent, alia tamen adsint æquipollentia verba, quorum vigore hujusmodi literarum executor deputatus (ubi contrahentium alterum, seu ambos, hæresis labe infectos esse, neque id concedenti narratum in precibus, nec alia via eidem compertum fuisse, cognoverit) ab earum executione abstinere se debeat: de hoc autem dubitari non poterit, si advertatur, quod postquam in hujusmodi literis executori demandatum fuit, ut *se de permissis diligenter informet*, ac videat, *an vere et legitime constet in hujusmodi impubere malitiam supplere defectum ætatis*; eidem committitur, ut postulanti permittat: *dummodo nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, matrimonium cum aliquo viro nullo sibi jure prohibito, vel ex dispensatione Apostolica permissa, servata forma concilii Tridentini, contrahere*; quibus sane verbis executori ea lex indicitur, ut minime sinat hujusmodi impuberem, dispensationis, seu declaratoriæ effectui gaudere, si exploratum habuerit, ipsi in animo esse detestabile cum hæretico nuptias contrahere.

Jam vero longius processit oratio nostra, quam nobis hujus Epistolæ initio propositum fuerat; cujus rei tamen nos minime pænitet; nobis enim summopere cordi est, maximeque interest Catholicæ religionis et Sedis Apostolicæ, ut factorum rerumque veritas non ignoretur, neque falsi rumores adversus Sacram Petri Cathedram disseminati fidem inveniant; si quæ autem contra sacros canones ullibi inordinate geruntur, eorum culpa in immeritos nequaquam transferatur.

Ut autem eo redeat Epistolæ nostræ finis, unde eadem initium desumpsit; Tibi, venerabilis frater. cæterisque il-

lius regni ordinariis præsulibus iterum enixe commendamus, ut apostolicas dispensationum litteras, quæ vobis pro exequutione diriguntur, et a vestris respective officialibus, attente considerari jubeatis, neque etiam superfluum existimetis, si quid in ipsis abnorme, ac novi exempli adesse videatur, de earum veritate, aut falsitate disquirere; multa enim malitia hominum est super terram, nec nobis rescire datum est, usque quo perungere valeat falsariorum audacia. Porro ad auras nostras pervenit, quemdam fuisse, qui sublato gradus impedimento, hæreticum virum cum muliere catholica matrimonio conjunxerit; cumque deinceps factum suum reprehendi comperisset, non dubitarit asserere e, se hac in re apostolicæ dispensationis, quam ab urbe acceperat, auctoritate munitum fuisse; quum vero ad producendas hujusmodi dispensationis litteras provocaretur, eas nunquam edere potuerit, quia eas re ipsa nunquam acceperat. Verum nos, de inclyta Polonorum natione, quam paternæ charitatis affectu complectimur, deque sacris istius regni Præsulibus, quos omnes et singulos magno in honore habemus, favorabilius judicantes, improbam hujusmodi scelus nequam isthic admissum fuisse credimus. Tibi autem, venerabilis Frater, gregique Tibi commisso, Apostolicam Benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum die 29. mensis junii 1748. Pontificatus nostri anno octavo.

PRZEMOWA

O. S. GRZEGORZA XVI.

MDCCCXXVIII.

W KONSYSTORZU DNIA 13 WRZEŚNIA, Z POWODU UTWORZENIA
BISKUPSTWA ALGIERSKIEGO.

Wielebni Bracia! Jest to zaiste rozrządzeniem opatrnej woli Boga, iż, gdy przeciwnościami Kościół swój wznieść chce, cierpienia jego niekiedy dobrotnie pocieszą, i łaskawie, do smutków radość przymieszywa. Przez co i moc swego ramienia ciągle nad nim czuwającą objawia, i wspiera ułomność naszą, abyśmy snądz, obawą nieszczęścia wstrząśnieni lub gwałtem złamani, nieupadli. — Tej Boskiej dobroci, już inne dawniej, już teraz świeże, Wielebni Bracia, odbieramy dowody; co będąc powodem powszechnej radości, Nas wszakże samych szczególniej pociesza. Jako bowiem, zasiadając jeszcze w waszém prześwietném gronie, posłuszni powołaniu, wszelkich dokładaliśmy starań na rozpostarcie imienia Chrześcijańskiego; tak też skoro z niedocieczonej woli niebios, obiliśmy rząd Kościoła Powszechnego, pojeliśmy wnet, że ku temu też celowi najusilniej zwracać pieczołowitość naszą, obowiązani jesteśmy. —

Z tego więc wzniosłego miejsca, spoglądając na całą mnogość narodów, która pod niebem jest, a i dla najodleglejszych roztwierając zarówno wewnątrz naszej miłości, nie zaniedbaliśmy żadnych środków powołaniu Apostolskiemu właściwych, aby wśród nich, w prawdziwej wierze, bądź świeżo zaszczepionej, bądź w powróconej i utrwalonej, coraz szerzej i goręcej Jmie Pańskie wielbionem było.— Wiadoma jest Wam, między innemi, zmiana, która przed niewielką laty, po odniesionem przez Wojska Francuzkie zwycięztwie, zaszła w Algierze. Korzystając z tak pomyślnego wypadku i pobudzeni pobożnemi życzeniami naszego kochanego Syna w Jezusie Chrystusie, Ludwika Filipa króla Francuzów, z tem większą staraliśmy się gorliwością o przyczynienie wzrostu religii w tym kraju. I już, przy Boskiej pomocy, wolno nam zbierać spodziewane naszych starań owoce. Katedralny albowiem Kościół będzie wkrótce w tem mieście wzniesiony, i zostawać będzie, również jak i Diecezja doń przyłączona, pod rządem znamienitego pobożnością, nauką i rostopnością, męża, którego dziś mamy wynieść na tę stolicę biskupią. Taś to jest przyczyna która serca nasze słuszną radością, a mowę naszą weselem napełnia. Chwała religii, i gorliwość o zbawienie dusz, i nieplonna, którą się cieszymy, nadzieja, każą nam się spodziewać, że Bóg nieprzebrany w swém miłosierdziu, a którego dziełem jest doskonałość, użyżni rosą niebieską winnicę swą na nowo zasadzoną w tej części Afryki, i rozkorzeni szczęśliwie jej odrosłe na najobfitszy plon wiary S., w tych rozległych krajach, kędy kwitnęło niegdyś tyle Kościołów, sławnych swoim początkiem, liczbą Chrzescian, odwagą i nauką najświętobliwszych Biskupów.

Uwielbiamy was dziś o tem, Wielebni Bracia, idzie-

my za przykładem Ojca miłosierdzia, który przeciwności-miarkuje pomyślnościami. Was, co nasze podzielać troski, chcemy również mieć uczestnikami i pociech naszych, aby was przez to, wśród dotkliwych prób, ożywić i pokrzepić. Jakoż właśnie, ogrom nieszczęść pod którymi jęczy gdzieindziej Kościół uciśniony, zmusza już Nas do mówienia o smutnych rzeczach. Nieszczęścia te są liczne i zastarzałe, aczkolwiek ciągle pieczołowitość nasza, nie omieszkała niczego dla oddalenia, o ile sił naszych, zbyt długiej zżywości od domu Izraela. Przemiłczając przeto co już głośnem jest, a wam dostatecznie wiadomem, zmuszeni jesteśmy wyjawić wam gorczy naszego serca, z powodu smutnego stanu sprawy Katolickiej, w Królestwie Pruskiem. —

Przypominacie sobie, w jaki sposób, niedawno, w tém tu miejscu, użalaliśmy się już na ciężką krzywdę wyrządzoną stanowi Biskupiemu, powadze i wolności Kościoła i naszemu w niem, z Boskiego rozporządzenia, przewodnictwem, przez gwałtowne wyrugowanie Wielebnego brata, Klemensa Augusta, Arcybiskupa Kolńskiego, z jego stolicy. Wiecie przy tem, że natychmiast, uroczystem, jak należało, upomnieniem się, domagaliśmy się u Najjaśniejszego Króla, o jego powrót. Bolesno zaiste Nam, że głos Nasz nie był wysłuchany, i nieotrzymał skutku, którego wszakże w tej najstuszniejszej sprawie, po sprawiedliwości Króleskiej spodziewać się godziło. Lecz przede-wszystkiem dopełnia to boleści naszej, że władza świecka nie przestaie zadawać nowych ran Kościołowi Jezusa Chrystusa. Oto bowiem dnia 9. Kwietnia ostatniego, wydane zostało postanowienie Króleskie zamykające wejście do Pruss rozporządzeniom i zaleceniom Stolicy Apostolskiej, w rzeczach Kościelnych, bez zniesienia się z władzą świecką, wydanym i ogłaszającym, — skazujące oraz na

wieżenie tych, coby jaki bądź w tém udział mieli, czy to będą duchowni czy świeccy, poddani Pruscy, czy zagraniczni. — Pomijamy, co później ogłoszono, że wszelka droga znoszenia się Kapituły Kolońskiej ze Stolicą Apostolską bez pośrednictwa Króleskiego Ministra, będzie zupełnie wzbronioną; co widocznie dąży do tego, aby dozorowi, rozpoznaniu i łasce Rządu, poddać każdy szczególny przedmiot znoszenia się. — Pomijamy również postępek z niektórymi Doktorami dekurialnymi, którym wiemy, że nie pozwolono przesłać Nam na piśmie świadectwa swej zupełnej uległości sądowi Apostolskiemu co do dzieł Hermesa. Pomijamy wiele tym podobnych rzeczy, nie mniej nagannych. Lecz zważcie pilnie co za nieprawość, we wschodniej części Królestwa Pruskiego, po ostrym i długim sporze z naszym Wielebnym Bratem Marcinem Arcybiskupem Gnieźnieńskim i Poznańskim, popełnioną została.

Prześwietny ten Prałat ubolewał mocno widząc, że w skutek praw cywilnych, zaprowadził się w tamtych stronach, co do małżeństw mieszanych, zwyczaj w brew przeciwny nauce i porządkowi Kościoła Katolickiego; zważając przeto, że tego dłużej znosić nie może bez wpadnięcia w wielkie uchybienia, udawał się naprzód wielokrotnie do Ministra Króleskiego, a potem i do samego Króla, z listem pełnym pokory; i wyłożywszy swoje powody i swój niepokój sumienia, prosił w końcu, aby w przedmiocie zależącym jedynie od władzy Kościelnej, wolno mu było albo trzymać się prawidła które Bullą Benedykta XIV., po przednika naszego, dnia 29 Czerwca 1748, dla Biskupów Polskich przepisaniem zostało, albo zasięgnąć rady u tej Stolicy Apostolskiej. Na żadną z tych proźb, jakkolwiek najsluszniesze, zezwolić niechciano. Na jakie złąd umar-

twienia pobożny Biskup narażonym został, wiadomo. Tymczasem doszło do jego wiadomości, że My, co już dawniej prywatnie zaszło, publicznie w gronie waszem dnia 10. Grudnia roku przeszłego, naganiliśmy wszelką praktykę co do małżeństw mieszanych w Królestwie Pruskiem, nieprawnie zaprowadzoną. — Przeto niezdalo mu się potrzebném dłużej zwlekać, i Okolnikiem swoim do wszego Duchowieństwa w Archidiecezji swojej, zakazał surowo, pod karą cenzur Kościelnych, aby żaden Xiądz małżeństw mieszanych obrządkiem Katolickim nie błogosławił, bez wypełnienia warunków przez Stolicę Apostolską zwykle przepisywanych. Wkrótce potem, w powtórnym liście do Najjaśniejszego Króla, okazując, jak przystało, wszelką powinna gotowość do posłuszeństwa i uległość wszelkiem świeckim prawom krajowym, przywiodłszy na pamięć przyrzeczenie Króleskie uroczyste ogłoszone, względem zachowania w zupełnej nietykalności praw religii Katolickiej, oświadczył wyraźnie: że po wyroku publicznem przez Stolicę Apostolską ogłoszonym, już mu niegodziło się uchylać od niego bez popelnienia zbrodni haniebnego zrywania jedności Kościoła. — Oświadczenie takowe, tak zgodne z religią i z wiarą Katolickiego Pralata, sprawiło, Wielebni Bracia, że dnia 27, Kwietnia, przy zaleceniu surowém mieszkańcom Prowincji Poznańskiej stosowania się do wyżej wspomnionego postanowienia Króleskiego, zawiadomiono oraz, iż na mocy tegoż postanowienia zakazują się wszelkie stosunki ze Stolicą Rzymską i z jej Legatami. Nadto obwieszczono: iż ktokolwiek poważy się w czemkolwiek znosić się ze Stolicą Apostolską, ten natychmiast uwięzionym będzie, a sprawa o przedmiot znoszenia się, osobnemu rozpoznaniu poddana zostanie. Lecz niedość na tem; bo 25. Czerwca następują-

cego, ministerium Króleskie, Okołoik wyżej wspomniony Arcybiskupa do swego duchowienstwa, za płonny i nieważny ogłosiło, zagrażając karą temu, kto by się do niego w czemkolwiek stosował, a obiecując w tym samym czasie opiekę rządu cywilnego temu, który by zaniedbaniem przepisów listu Pastorskiego, obraził nasiebie władzę duchowną. I ktożby mógł wierzyć takowym postanowieniom, kiedy nieco przedtem, to jest d. 12. Kwietnia, wyszło było publiczne potwierdzenie woli Króleskiej, dla Katolików Poznańskich, zapewniające im wolność sumienia i religii, którą ich przodkowie statecznie wyznawali.

Z jaką zaś krzywdą i niebezpieczeństwem Kościoła, postanowienia te przedsięwzięte i dokonane były, więcej daleko czuje to boleść nasza, niż słowa wyrazić mogą. A w tem wszystkiem, to Nas najbardziej zatrważa, że postanowienia owe, godzą widocznie na zniszczenie mocy i zasady Boskiej Kościoła, i na odłączenie tamtego całego kraju od środka jedności katolickiej. Jedynie bowiem przez uszkodzenie i zupełne zburzenie kształtu i natury rządu Kościoła, stać się może, iż go władza jaka świecka opanować, i prawa jego podeptać zdoła, i przeciąć związki prawowiernych z główną ową Stolicą, *do której*, jako mówi S. Ireneusz, *koniecznem jest, z powodu jej pierwszeństwa, aby się uciekał cały kościół, to jest wierni ze wszystkich kościołów*. Ten kto by chciał wprowadzić inny kształt rządu Kościoła, *usiłowałby*, jak mówi o tem tak dobrze S. Cyprian, *budować kościół ludzki*. — Jak tylko więc te wypadki i wyroki, doszły do naszej wiadomości, przez autentyczne dokumenta, staraliśmy się, aby wołania nasze i skargi, doszły gdzie należało. Rozumiemy jednak być obowiązkiem świętej tej władzy, którą sprawujemy, ażebyśmy, powtarzając zale w poprzedniej naszej przemowie przed wami

rozwiedzione, te także nowe na Kościół zamachy, publicznym głosem potępili.

Tak więc, Wielebni Bracia, podnosząc znowu z wolnością Apostolską głos Pasterski, w tem najdosłojniejszym zgromadzeniu, za Religiją, za Kościołem, za jego świętymi ustawami, za prawami i władzą tej Stolicy Błogosławionego Piotra, *bierzemy dziś na świadków niebo i ziemię*, i użalamy się gorzko na to wszystko, co się stało na Jej krzywdę w Królestwie Pruskiem. W tych srogich dolegliwościach, jedyną dla nas ulgą, niezłomny hart duszy, który, Arcybiskup Poznański i Gnieźnieński, spółzawodnik w prawowierności Prałata Kolońskiego, w obronie nauki i przepisów Kościoła o Małżeństwach mieszanych, okazał. — Niewątpim też zaiste, że i inni Biskupi, tak w jednej, jak w drugiej części Królestwa Pruskiego, pomniąc na miejsce jakie zajmują, na godność którą są przyodziani, na przysięgę którą przy swém uroczystem mianowaniu związali się, w dopełnieniu swoich obowiązków, stosować się będą statecznie do dawnych kanonów i dekretów Apostolskich. Mamy nawet nadzieję, iż przyjdzie do tego, że Najjaśniejszy Król, wzniosłym obdarzony umysłem, sprawiedliwszym dając przystęp radom, dozwoli Kościołowi Katolickiemu *używać praw swoich, i niedopusci, aby ktokolwiek wolność jego łamował*. Wznosząc zatem oczy ku wysokości, z kąd przyjdzie pomoc Nam, Wszechmocnego Boga, w którego rękę serca Królów, błagajmy pokornie wspólnemi modłami, wielebni Bracia, ażeby przyjął z dobrocią nasze prośby i przyspieszyć raczył jak najpożądaną sprawę tej koniec. —
